



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An fieri possint quæ non facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO I.

Cur exitum denunciaret ciuitatibus?

mentauimus, & non planxistis, cecinimus & non saltastis, Hoc est, ostendistis contumaciam vestram, aduersus omnia remedia inuictam esse. In vobis igitur, non in Deo exitus v. ltri causa residet.

Tertius Sensus: Mundana sapientia à me, & Ioanne filiis sapientia iustificata est, qui sensus est aduersus: non enim Christus & Ioannes filii sunt sapientia mundana.

Quartus Sensus: Iudæi filii sapientia, hoc est, Christi & Ioannis, vel diuinæ providentia, hanc sapientiam iustificauerunt. Itaque tripliciter hic sensus includitur. Nam filii dici possunt, veluti discipuli, & deinde suis factis, & v. rbiis iustificare sapientiam, siue illi boni, siue mali sint. Hicigitur alii, Quintus scilicet, & sextus Sensus coniunguntur. Quibus si addas tres explicationes verbi, iustificata est, iterum ternas expositiones inuenies.

S. August. l. 2. quæst. 11. legit. ab omnibus filiis suis. Hieron. auctor est in quibusdam legi, iustificata est sapientia ab operibus suis.

§. 2. Nullum mihi dubium est, quin sapientia hoc loco vocetur Dei providentia: Lucas enim paraphrasi alia exposuit. Omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, &c.

Postea cum subiungit, ab omnibus filiis, satis indicat, non Christum & Ioannem vocari filios sapientia, sed eorum fideles discipulos, qui consilium Dei non speruerunt.

Hinc etiam apparet, male vertisse Lutherum; Und die Weißheit muß sich rechtfertigen lassen von ihren Kindern: Quod proprie est, iudicari, & ita interpretari solent: Quasi de ipsa sapientia eius discipuli iudicent.

Filii Sapientia sapientes etiam dici solent. Hic optime dicuntur discipuli. Syrach. cap. 4. vers. 12. & Eccl. 4. v. 8. Bas. in Plal. 7. τὴν αὐτὴν δὲ σοφίαν τὴν ἐν τῷ θεῷ ποιεῖται μετὰ τῶν ἀγγέλων, ἐδιδάξαντες ἡμᾶς. Filios vero sapientia eos, qui Dei cognitione formati sunt, iustificata est enim sapientia à filiis suis, inquit.

VERSUS 20. 21. 22. & 23.

Tunc capit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurima virtutes eius, quæ non egissent penitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu Capharnaum nunquid usque in cælum exaltaberis? usque in infernum descendes, quia si in Sodomis facta fuissent virtutes quæ facta sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem.

§. 1. Tres erant ad lacum vrbes Corozain, & Bethsaida, inter quas magnum emporium Capharnaum, cuius istæ duæ quasi suburbia censuebantur. Vrbes plenæ diuitiis, & quod diuitiarum copiam sequi amat, plenissimæ vitis; quas è terra vberi, lacu pisco, negociatione hauriebant. Speciatim in gratitudinem & perniciam qua Spiritui sancto restiterunt inculat; cum tot miracula vidissent, conciones audissent, non crediderunt, nec penitentiam egerunt.

Caluinus lib. 3. inst. cap. 24. v. 15. ita causam obdurationis in Deum refert, & negat potuisse conuertere, vt ciuitates excusare velle videatur: de quo postea agitur.

QVÆSTIO II.

An fieri possint quæ non facta?

§. 1. Probat hoc Bellarm. l. 2. c. 17. de amissione gratia & statu peccati. Porro cognosci posse à Deo non solum illa, quæ futura sunt absolute, sed etiam ea, quæ essent, si tales, vel tales causas ponerentur, licet re ipsa nunquam futura sint, perspicuum est ex diuinis literis. Nam i. Reg. 23. interrogatus Dominus à Dauid, an si ipse maneret in vrbe Ceilam, proderetur à ciuibz illius vrbs in manus Saulis: Respondit: Tradent. Sciebat ergo Deus futurum, vt Dauid proderetur, si maneret in Ceilam, & tamen quia non mansit, non fuit proditus, & absolute non erat futurum, vt proderetur. Et Matth. 11. Dominus ait, si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in te, olim in cinere, & cilicio penitentiam egissent. Sciebat igitur Dominus, fore vt Tyrii, & Sidonij conuerterentur ad penitentiam, si miracula illis ostendisset, quæ Bethsaida secerat, quod tamen absolute futurum non erat.

Potuit sane Deus alia quæ non fecit, aut hæc quæ fecit, alio modo facere, ideoque scire quid facere potuerit.

§. 2. Caluinus hoc loco id negat effici. Cæterum, & inquit, ne quis spinosas de arcanis Dei iudicii quæstiones moueat, tenendum est ad communem humanæ mentis captum accommodari hunc Domini sermonem. Comparans ciues Bethsaida, & eorum vicinos cum Tyriis & Sidoniis non disputat, quid præuiderit Deus futurum de iis vel illis, sed quid facturi fuerint alteri, quatenus ex re ipsa percipi poterat. Nam quod tam corrupti erant illarum urbium mores ac tam effrenis dissolutio, ignorantia imputari poterat: quod nulla illis vox Dei audiebatur, nec miracula fiebant quibus admoniti resipiscerent: in urbibus autem Galilee quas Christus obiturgat, plus quam ferrea fuerat contumacia in spernendis miraculis, quorum ingentem copiam viderant sine vlllo profectu. In summa, non alio iendunt verba Christi quam malitia & insanabili Dei contemptu Tyrum & Sidonem superari à Corozain & Bethsaida.

Ostendit Christus quidem maiorem esse Iudæorum quam Tyriorum contumaciam, at non simpliciter, sed ex effectu, quod illi si ea monita, gratiamque habuissent, penitentiam egissent, quod Iudæi non fecerunt. Hoc non pronunciarer, nisi iam id præiudicaret futurum, nec id à communi sensu hominum, sed à cana Dei scientia definit. Hominum enim opinio plane contraria fuit: Tyrios & Sidonios esse caues, se iustos. Equidem memini Philosophos aliquando Aristotelis autoritatem ita eludere, vt dicant eum non ex sua, sed veterum sententia locutum, at nostri Sectarii magna impietate cum Christi

Christi
verba e-
uertunt.

Hæreseos
incrementum.

Deum
ratioci-
nando
putant.

Vorstius
Deum
mutabi-
lem sa-
cit.

Christi sententiam suis aduersari se ipsis intelligant, eum ex vulgi sententia locutum asseuerant. Verba Domini sunt. In cilicio & cinere penitentiam egissent. Hic Caluinus; non quod præviderit Deus, quod facturi fuerint. Quomodo ergo affirmat? An Deus coniectura vltus id dixit? Mihi non tam mirum videtur id homines impios excogitasse, quam atrox, quod inde deducere conati sunt eorum posterit: nunquam enim ubi cepit, hæresis constitit. Multorum errorum etiam inter suos, in simulatus est Vorstius. Nam auctor qui examinat responsionem eius ad articulos ex Angliâ missos. Articulo Tertio, hanc illi hæresin imputat. D. cere eum; Deum de futuris per discursum & ratiocinando conijcere.

„ Nam pag. 452. dicit. [Videtur omnino quædam „ dianoa, sed mere diuina & nostræ valde dissimilis es- „ se in Deo; sicut ex responsione ad 11. colligi potest; „ nam de quibus absolute nihil ipse definiuit, erat o- „ cinando, vel in hanc, vel in illam partem colligere di- „ citur: Vid. exempla Gen. 18. &c. Sed improprie & me- „ conijcere „ taphorice, citraque omnem veram humani discursus „ imperfectiorem accipienda inquit.]

„ Et pag. 311. [Sapientiam Dei per se minime requi- „ rere, vt Deus omnia & singula quæcunque nunc in „ mundo sunt ab æterno scientiâ Visionis absolutâ „ prænouerit.]

„ Et. [Etiam Deus suo modo aliquando metuit h. e. „ merito suspicatur, & prudenter conijcit, hoc vel il- „ lud malum euenturum ex aliquo suo opere, si ipsum „ forte procedat, eoque opus ipsum iam inceptum de- „ ferat, aut immutat.]

Hoc est ex illa doctrina, qua negatur, Deus præui-
disse quid acturi fuissent Tyrii & Sidonii, si signa in-
tere eos edita fuissent. Sed tantum iudicare, quid hu-
mano more viderentur facturi fuisse.

QVÆSTIO III.

Annegata illis urbibus gratia?

§. 1. Non præuenit, non adiunxit magno auxilio, quo multos ducit, gratiam tamen sufficientem dedit, qua possent, non dedit illam, qua peruenirent etiam re ipsa & facto.

Itaque non negat Christus Tyriis & Sidoniis datam sufficientem gratiam, sed non datam eam, quæ Corozairis & Bethsaida, cur id non fecerit, scire non possumus, nec fas est inquirere. Ita veteres D. Prosp. Resp. lib. 1. Qui enim voluntatem Dei spreuerunt innocen-
tem, voluntatem Dei sentient vindicantem. & lib. 3. cap. 6. De Tyriis vero & Sidoniis, quid aliud possumus dicere quam non esse eis datum vt crederent, quos etiam credituros fuisse ipsa veritas dicit: si talia, qualia apud non credentes facta erant virtutum signa vidissent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant si possunt, qui calumniantur: & ostendant cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant fecerit. Nos etiam sirationem facti & profunditatem iudicii eius penetra-
re non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit. Et non solum Tyrios & Sidonios, sed etiam Corozaim & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari.

Dei confi-
lumin al-
tera vita
apparet.

§. 2. August. Enchir. c. 96. In illa vita, hoc est, futura, agnitos, quod negat Tossanus. quia ex sola & docta est; sed tamen suæ & doctæ, constat Deo ratio. quam electis reuelare potest.

§. 3. Tyrus & Sidon vrbes nobiles 200. stadiis distat, portu opportuno plenæ diuitiis & opibus, cum illis commercia erant tribus vrbibus Iudæicis, nam per Capharnaum transitus erat orientalibus

Tyram & Sidonem. De illis Isa. 23. 1. Ezech. 26. 2. & 27. 3. & 28. 2. Amos. 1. 9. Vicinæ Iudæis & fidem discere, & Dei cultum poterant. Ita magnam gratiam, si d non parem Iudæis habuerunt.

§. 4. Repudianda est prorsus eorum opinio, qui existimant puniri quosdam, quod Euangelium fuisset contemptum, si ipsis promulgaretur; eodem enim modo dici posset etiam Tyrios, Sidonios, Sodomitæ glorificandos, quod essent acceptum & creditum. Verum est quod buldam non propositum fuisse, ideo quod creditum non fuisset, non tamen ideo puniendi sunt, quia erant reiecti, sic nec datur gratia ob prauitum vltum liberi arbitrii, nec negatur ob prouitum neglectum.

§. 5. August. lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. ostendit gratiam efficacem non physica dari determinatione, sed per modum suasionis. Igitur non volentis, &c. quod hoc modo vocauit, quomodo apertum erat eis, qui secuti sunt vocationem. Et deinde: cuius miseretur, sic eum vocat, quomodo non scit ei congruere, vt vocantem non respuat, Et l. 2. de bono perseverant. c. 14.

Caluini autem respondent, vt Pareus, suasionem re-
ferri ad effectum cum interna motione, non ad ingenium hominis, vt illud sit idoneum parere suasio-
ni. Verum nemo est, qui externam suasionem sine interna gratia efficacem dicat, nemo etiam Catholici-
cus qui irresistibilem, & libertati aduersam motio-
nem admittat.

QVÆSTIO III.

Quæ vera Penitentia?

§. 1. Non sola respicientia, quæ sit melioris vite inchoatio, sed etiam in detestatione prioris, in assumpta poena cilicii & cineris contritio. Est vero hic *μετάνοια*, *תשובה* Syriace, quod aduersari de sola emendatione dictum contendunt. At cilicium, *μετάνοια* & *תשובה* ostendunt iam ante eos respicuisse animo, & potro penitentiam agere, quos vere delictorum penitet.

Errat igitur Beza quando ait cum sacco & cinere *μετάνοια* *καὶ* *σάκος* particulam *καὶ* exprimens per *cum*.

QVÆSTIO IV.

Quæminatur Capharnaum?

§. 1. In Græco legitur *καὶ ἡ πόλις ἡ γὰρ ἡ πόλις*, quæ in celum exaltata es, ita apud Luc. 10. 15. Vaticanus & Patistensis codex habent *καὶ ἡ πόλις*, nonne *ἡ πόλις*. In celum exaltata esse dicitur, Christi, habitatione, doctrina, miraculis illustis, vel opibus, negotiatione gloriâ, nam celebre admodum emporium fuit. Sententia contra eam profertur, vsque ad infernum *καὶ ἡ πόλις* descendes, seu deducetur. Iun. & Tiemel. in eam pte in foueam, cum sit *καὶ ἡ πόλις*, & Piscator Calu. nianus *ἡ πόλις* dicat. *καὶ ἡ πόλις* Plutonis. [Vsque ad inferos, inquit, *καὶ ἡ πόλις* id est, domum: ellipti Attica. est autem illa periphrasis, *καὶ ἡ πόλις* gehennæ: quem infernum vulgo di. imus; Germanice *die Hölle*. Syrus habet, vsque ad sepulchrum seu foueam, *καὶ ἡ πόλις* Erenim nomen *καὶ ἡ πόλις* schol, quod apud Heb. *καὶ ἡ πόλις* sepulchrum significat. Græci interpretes reddiderunt nomine *καὶ ἡ πόλις*, vt Plal. 16. non relinques animam meam *καὶ ἡ πόλις*: pro quo Act. 3. dicitur *καὶ ἡ πόλις* Gen. 7. Descendam ad filium meum lugens *καὶ ἡ πόλις*. Attamen istud nomen de gehenna, seu loco damnatorum accipitur, Luc. 16. 23. Et ita accipiendum quoque videtur hoc loco: quia pars mundi summa atque extrema parti infimæ atque inimicæ videtur opposita.]

Itaque